

promissus sit ab officio discedat sic se destitutum queratur
Itaque illis promissis standum quibus non videtur que coactus quis
metu. quod deceptus quis dolo promiserit. Que quidem pl
eraque iure pretorio liberantur non nulla legibus.

Existunt autem sex iniurie calumpnia quedam et nimis calida et
maliciose Juris interpretatio. Ex quo illud sumum Jus
suma iniuria factum est itaque tertium sermone prouerbium. Quo in
genere et in re publicum multa peccantur. Ut ille qui cum inducie 30.
dierum esset cum hoste facte noctu popullabat agrum quod dies
essent pacis non nocturnus inducie. Nec enim quidam probandus
si uerum est. Quintum fabium labeonem seu quem alium. Nichil ha
bero preter auditum Arbitrum nolans et neapolitanis de finibus a
senatu datum cum ad locum uenisset cum utrisque separati locum ne
cupide quidem agerent nec appeterent atque ut regredi quod progre
di mallet. Id cum utrique fecissent aliquotus agri in medio reli
ctus est. Itaque illorum fines sic ut ipsi dixerant terminauit
In medio relictus quod erat populo romano adiudicauit.
Decipere hoc quidem est non iudicare. Quocirca in omni re fugi
enda est talis solertia.

Sunt autem quedam officia etiam aduersus eos seruanda a
quibus iniuriam accepit. Est enim ulascendi et puniendi
modus. Atque haud scio an satis sit eum qui lacessierit iniu
rie sue penitere ut et ipse ne quid tale posthac faciat et ceteri
sint ad iniurias tardiores. Atque in re publica maxime consueta
sunt iura belli. Nam cum sint duo genera decertandi. Unum per
disceptationem. Alter per vim. Cumque id sit proprium hominis. Hoc bellu
rum confugiendum est ad posterius si uti non licet superiore.
Quare suscipienda quidem bella sunt ob eas causas ut sine in